e-codices

S uperauit erumniſ ſuis erumnaſ herculis
N am cum leone & cum ydra cum ceruo cū apro etholico
C um auibus ſtimphalicis: cum antheo deluctari mauelim.
Q cum amore: ita fio miſer querendo argento mutuo
N ec quicq̄ niſi non eſt ſciunt mihi reſpondere quoſ rogo.
Q ui hero ſuo ſeruire uult bene ſeruitutem ſeruiſ
N e edepol illum multa in pectore ſuo cōlocare oportet
Q ue hero placere ſentiat preſenti atq; abſenti ſuo
E go neque lubenter ſeruio neque ſatis ſum hero ex ſententia
S ed quaſi lippo oculo me herus meus manum abſtinere haud quit tn̄
Q uin mihi imperet quin me ſuis negocijſ prefulciat. Sa Quiſ illic eſt
Q ui contra me aſtat. Tox quiſ hic eſt qui contra me aſtat
S imiliſ eſt ſagariſtioniſ. Sa Toxilus hic quidem amicus meuſ eſt
To I ſ eſt profecto. Sa eum eſſe opinor. To congrediar
Sa C ontra adgredior. To ó ſagariſtio di te ament. Sa o toxile
D abunt di q̄ exopteſ ut uales. To ut queo. Sa quid agiſ
To V iuitur. Sa ſatin ergo ex ſententia: To ſi eueniunt q̄ exopto ſatiſ
Sa N imis ſtulte amicis utere. To quid iam. Sa q̄a iam imperare oportet
To M ibi quidem tu iam eraſ mortuus quia non te uiſitaui
Sa N egotium edepol. To ferreum fortasse. Sa pluſculum annum
F ui preferratus apud molaſ tribunuſ vapularis. To vetus
I am iſtec militia eſt tua. Sa ſatin tu uſq; ualuiſti. To haud probe
Sa E rgo edepol palles. To ſauciuſ factus ſum in prelio ueneris ſagitta
C upido cor meum tranſfigit. Sa iam ſerui hic amant:
To Q uid ergo faciam: diſne aduorſer q̄ titani cū diſ belligerem
Q uib; ſat ēē non queam. Sa uide m̄o ut mee catapulte tuū ne
T ranſfigant latus. To baſilice agito eleutheria. Sa quid iam
To Q uia herus peregre ē. Sa ain tu peregre eſt. To ſi tu tibi bene
E ſſe poteſ pati ueni uiueſ mecum. baſilico accipiere uictu
Sa V ah iam ſcapule pruriunt q̄a te iſtec audiui loqui
To S ed hoc me unum excruciat. Sa quidnam id eſt. To hec
D e ſumma hodie eſt mea amica ſin ne libera an ſempiternam
S eruitutem ſeruiat. Sa quid n̄c uiſ ergo. To cū tibi me potiſ eſt
S empiternum. Sa quemadmodū. To ut deſ mihi nūmos
S excentos quos pro capite illiuſ pendam. quoſ continuo tibi
R eponam in hoc triduo aut quatriduo age ſis benignus ſubueni.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20203v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20203v)